

TIT. XII.

DE LEGE JULIA DE ANNONA¹.

1. MARCIANUS, lib. 2 Institutionum.

Constitit inter servum et dominum iudicium, si² annonam publicam fraudasse dicat dominum.

2. ULPIANUS, lib. 9, de Officio proconsulis.

Lege Julia de annonâ pœna statuitur adversus eum, qui contra annonam fecerit, societatemve coierit, quo annonâ carior fiat. — § 1. Eadem lege continetur, ne quis navem, nautamve retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur. — § 2. Et pœna viginti aureorum statuitur.

5. PAPIRUS JUSTUS, lib. 4, de Constitutionibus.

Imperatores Antoninus et Verus, Augusti in hæc verba rescripserunt, Minime æquum est, decuriones civibus suis frumentum vilius³, quam annonâ exigat, vendere. — § 1. Item scripserunt, jus non esse ordini cuiusque civitatis pretium grani, quod invehitur, statuere. — § 2. Item in hæc verba rescripserunt: Etsi non solent hoc genus nunciationis mulieres⁵ exercere, tamen quia demonstraturam te, quæ ad utilitatem annonæ pertinet, polliceris, præfecum annonæ docere potes.

TIT. XIII.

AD LEGEM JULIAM PECULATUS¹, ET DE SACRILEGIS, ET [DE] RESIDUIS.

1. ULPIANUS, lib. 44, ad Sabinum.

Lege Julia peculatus cavetur, Ne quis ex pecunia sacra², religiosa³, publicave⁴ auferat, neve interceptat: neve in rem suam vertat: neve faciat, quo quis auferat, interceptat, [vel] in rem suam vertat, nisi cui utique lege licebit: neve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indet: neve immisceat, neve, quod quid indatur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id pejus fiat.

2. PAULUS, lib. 11, ad Sabinum.

Lege Julia de residuis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam⁵ in usum aliquem retinuit, neque in eum consumpsit.

3. ULPIANUS, lib. 1, de Adulteriis.

Peculatus pœna aquæ et ignis interdictionem, in quam hodie successit deportatio⁶, continet. Porro qui in eum statum deducitur, sicut omnia pristina jura, ita et bona amittit.

4. MARCIANUS, lib. 14 Institutionum.

Lege Julia peculatus tenetur, qui pecuniam sacram⁷, religiosas abstulerit, interceptit. — § 1. Sed etsi donatum⁸ Deo immortalibus abstulerit, peculatus pœna tenetur. — § 2. Mandatis autem cavetur de sacrilegis ut præsidibus⁹ sacrilegos, latrones, plagiaribus conquirant, et ut [prout] quisque deliquerit, in eum animadvertant. Et sic constitutionibus cavetur, ut sacrilegi extra¹⁰ ordinem digna pœna puniantur. — § 3. Lege Julia de residuis tenetur is, apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa, pecunia publica resedit. — § 4. Sed et qui publicam pecuniam in usus¹¹ aliquos acceptam retinuerit, nec erogaverit, hac lege tenetur. — § 5. Qua lege damnatus, amplius tertia parte, quam debet, punitur. — § 6. Non fit locus religiosus, ubi thesaurus invenitur: nam etsi in monumento inventus fuerit, non quasi religiosus tollitur: quod enim sepelire quis prohibetur, id religiosum facere non potest: at pecunia sepeliri non potest, ut et mandatis principalibus cavetur. — § 7. Sed, et si de re civitatis aliquid subripiat, constitutionibus principum divorum Trajani et Hadriani cavetur, peculatus¹² crimen committi, et hoc jure utimur.

5. Idem, lib. 8 Regularum.

Divi Severus et Antoninus Cassio Festo rescripserunt, res privatorum, si in eadem sacram depositæ, subreptæ fuerint: furti actionem, non sacrilegii esse¹³.

6. ULPIANUS, lib. 7, de Officio proconsulis.

Sacrilegii pœnam debet proconsul pro¹⁴ qualitate personæ, proque rei conditione, et temporis, et ætatis, et sexus, vel severius, vel clementius statuere: et scio multos et ad bestias damnasse sacrilegos: nonnullos

TIT. XII. — 1. § 11, Inst. de publ. judic. — 2. L. 53, supr. de judic. — L. 15, supr. de accusat. — 3. L. 8, infr. ad municip. — 4. Arg. L. 9, supr. de accusat. — 5. L. 15, supr. de offic. præfect. urbi. — 6. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 7. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 8. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 9. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 10. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 11. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 12. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 13. L. 1, L. 15, supr. de accusat. — 14. L. 1, L. 15, supr. de accusat.

etiam vivos exussisse, alios vero in furca suspendisse. Sed moderanda pœna est usque ad bestiarum damnationem eorum, qui manu facta templum effugerunt, et dona¹⁵ Dei noctu tulerunt: cæterum, si qui interdiu modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli coercendus est, aut si honestiore loco natus sit, deportandus¹⁶ in insulam est. — § 1. Qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur, hi non videntur adulterinam monetam exercuisse: sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit. — § 2. Si quis ex¹⁷ metallis Cæsarianis aurum, argentumve furatus fuerit, ex edicto divi Pii, exilio vel metallo, prout dignitas personæ, punitur. Is autem, qui furanti signum præbuit, perinde habetur, atque si manifesti furti condemnatus esset, et famosus efficitur. Qui autem aurum ex metallo habuerit illicite, et conflaverit, in quadruplum condemnatur.

7. VENULEIUS SATURNINUS, lib. 2 Judiciorum publicorum.

Peculatus crimen ante quinquennium admissum obijci non oportet.

8. Idem, lib. 5 Judiciorum publicorum.

Qui tabulam æream legis, formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Julia peculatus tenetur. — § 1. Eadem lege tenetur, qui quid in tabulis publicis deleverit vel induxerit.

9. PAULUS, lib. singul. de Judiciis publicis.

Sacrilegi [capite] puniuntur. — § 1. Sunt autem sacrilegi, qui publica sacra compilaverunt: at qui privata sacra, vel ædículas incustoditas tentaverunt, amplius quam fures, minus quam sacrilegi, merentur. Quare quod sacrum, quodve admissum, in sacrilegii crimen cadat, diligenter considerandum est. — § 2. Labeo libro 58 Posteriorum, peculatum definit, pecuniæ publicæ aut sacræ furtum non ab eo factum, cujus periculo fuit: et ideo aditum in his, quæ et tradita sunt, peculatum non admittit. — § 3. Eodem capite inferius scribitur, non solum pecuniam publicam, sed etiam privatam crimen peculatus facere, si quis, quod fisco debetur, simulans se fisci creditorem, accepit, quamvis privatam pecuniam abstulerit. — § 4. Is autem, qui pecuniam trajiciendam suscepit, vel quilibet alius, ad cujus periculum pecunia pertinet, peculatum non committit. — § 5. Senatus jussit, lege peculatus teneri eos, qui injussu ejus, qui ei rei præerit, tabularum publicarum inspiciendarum describendarumque potestatem fecerint. — § 6. Eum [quoque] qui pecuniam publicam in usus¹⁸ aliquos retinuerit, nec erogaverit, hac lege teneri Labeo libro 58 Posteriorum scripsit. Cum eo autem, qui cum provincia abiret, pecuniam, quæ penes se esset, ad ærarium professus retinuerit, non esse residuam pecuniæ actionem: quia eam privatus fisco debeat: et ideo inter debitores eum ferri: eamque ab eo is, qui hoc imperio utitur, exigeret, id est, pignus capiendo corpus retinendo, multam dicendo: sed eam quoque lex Julia residuorum post annum residuam esse jussit.

10. MARCIANUS, lib. 4 Judiciorum publicorum.

Hac lege tenetur, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quam quid venierit aut locaverit, scripserit: aliudve quid simile commiserit. — § 1. Divus Severus et Antoninus quandam clarissimum juvenem, cum inventus esset arculam in templum ponere, ibique hominem includere, qui post clusum templum, de arca exiret, et de templo multa subtraheret, et se in arculam iterum referret, convictum in insulam deportaverunt¹⁹.

11. ULPIANUS, lib. 68, ad Edictum.

Qui perforaverit muros, vel inde aliquid abstulerit, peculatus actione tenetur. — § 1. Οὐδὲν θυσιαστήριον εἰσὶν ἐν ἡμέρᾳ ἢ νύκτι, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τὴν ἀραιουμένην, τυφλοῦσθαι: ἢ δὲ ἐξω τοῦ θυσιαστηρίου ἐκ τοῦ ἄλλου ναοῦ ἀφαιρούμενος, τυπόμενος, καὶ κορυβεύμενος, ἐξορίζεσθαι. Hoc est, Qui sacrarium ingressus interdium vel noctu, sacrorum aliquid inde auferat, exæcator: qui vero extra sacrarium e templo reliquo auferat, verberatus et tonsus exilio multatur.

12. MARCELLUS, lib. 28 Digestorum.

Peculatus nequaquam committitur, si exigam ab eo pecuniam, qui et mihi et fisco debet: non enim pecunia fisci interceptitur, quæ debitori ejus auferitur, scilicet qui manet debitor fisci nihilominus.

13. MODESTINUS, lib. 2, de Pœnis.

Is, qui prædam ab hostibus captam subripuit, lege peculatus tenetur, et in quadruplum²⁰ damnatur.

— 6. L. 2, § 1, infr. de pen. — 7. L. 1, supr. h. t. — 8. L. 6, in pr. infr. cod. — 9. L. 15, supr. de offic. præsid. — 10. L. 6, in pr. infr. h. t. — 11. L. 2, supr. cod. — 12. Obv. L. 81, supr. de furt. — 13. L. 1, supr. h. t. — 14. L. 15, infr. de verb. sign. — 15. Inno. vide L. 16, § 4, infr. de pen. — 16. L. 4, § 2, supr. h. t. — 17. L. 15, d. L. 4, § 2. — 18. L. 10, in fin. infr. cod. — 19. L. 38, in pr. infr. de pen. — 20. L. 1, supr. h. t. — 21. L. 6, in fin. pr. supr. cod. — 22. d. L. 6, in fin.

14. PAPINIANUS, lib. 36 Quæstionum.

Publica judicia peculatus, et de residuis, et repetundarum²¹, similiter adversus heredem exerceantur: nec immerito: cum in his quæstio principalis ablata pecuniæ moveatur.

TIT. XIV.

DE LEGE JULIA AMBITUS¹.

1. MODESTINUS, lib. 2, de Pœnis.

Hæc lex in urbe hodie cessat: quia ad curam principis magistratum creatio pertinet, non ad populi favorem. — § 1. Quod si in municipio contra hanc legem magistratum, aut sacerdotium quis petierit: per senatusconsultum centum aureis cum infamia punitur. — § 2. Qua lege damnatus, si alium convicerit, in integrum restituitur: non² tamen pecuniam recipit. — § 3. Item is, qui novum³ vectigal instituerit, ex senatusconsulto hac pœna plectitur. — § 4. Et si quis reus, vel accusator, domum judicis ingrediatur, per legem Juliam judicariam in legem ambitus committit, id est, aureorum centum fisco inferre jubetur.

TIT. XV.

DE LEGE FABIA¹ DE PLAGIARIIS.

1. ULPIANUS, [lib. 1 Regularum].

Si liberum hominem emptor sciens² emerit: capitale crimen adversus eum ex lege Fabia de plagio nascitur: quo venditor quoque fit obnoxius, si sciens liberum esse vendiderit³.

2. Idem, lib. 9, de Officio proconsulis.

Sciendum est, legem Favianam ad eos non pertinere, qui cum absentes servos haberent, eos vendiderunt: aliud est enim abesse, aliud in fuga esse. — § 1. Item non pertinere ad eum, qui mandavit⁴ servum fugitivum persequendum et distrahendum: nec enim fugam vendidit. — § 2. Amplius dicendum est, [et] si quis Titio mandaverit servum fugitivum⁵ adprehendendum, ut si adprehendisset, eum emptum haberet: cessare senatusconsultum. — § 3. Hoc autem senatusconsulto domini [quoque] continentur, qui fugam⁶ servorum suorum venderunt.

3. POMONIUS, lib. 1 Judiciorum publicorum.

Legis Faviæ crimine suppressi mancipii bona fide possessor non tenetur: id est, qui ignorabat servum alienum, et qui voluntate domini putabat id eum agere, et ita de bonæ fidei possessore ipsa lex scripta est: nam adjicitur, si sciens dolo malo hoc fecerit: et sapissime a principibus Severo et Antonino constitutum est, ne bonæ fidei possessores hac lege teneantur. — § 1. Illud non est omnimodum, quod exemplo legis Aquiliæ, si is, propter quem quis in Favianam commisit, decesserit: adhuc accusatio et pœna legis Faviæ superest, ut et divus Severus et Antoninus rescripserunt.

4. GAIVS, lib. 22, ad Edictum provinciale.

Lege Favia tenetur, qui sciens⁷ liberum hominem donaverit, vel in dotem dederit. Item qui ex earum qua causa, sciens liberum esse, accepit, in eadem causa haberi debeat, qua venditor et emptor fuerit. Idem et si pro eo res permutata fuerit.

5. MODESTINUS, lib. 17 Responsorum respondit.

Eum, qui fugitivum alienum suscepisse⁸ et celasse doceatur, ex eo, quod proprietatis quæstionem referret, crimen, si probetur, evitare minime posse.

6. CALLISTRATUS, lib. 6, de Cognitionibus.

Non⁹ statim plagiarium esse, qui furti crimine ob servos alienos interceptos tenetur, divus Hadrianus in hæc verba rescripsit: Servos alienos qui sollicitaverit aut interceptit, crimine plagii, quod illi intenditur, tenetur, necne, facit quæstionem: et ideo non me consuli de ea re oportet: sed quod verissimum in re presenti cognoscitur, sequi iudicem oportet. Plane autem scire debet, posse aliquem furti crimine

21. L. 2, supr. ad leg. Jul. repetund. — 22. L. 1, supr. h. t. — 23. L. 6, in pr. infr. cod. — 24. L. 15, supr. de offic. præsid. — 25. L. 6, in pr. infr. h. t. — 26. L. 2, supr. cod. — 27. L. 1, supr. h. t. — 28. L. 15, infr. de verb. sign. — 29. Inno. vide L. 16, § 4, infr. de pen. — 30. L. 4, § 2, supr. h. t. — 31. L. 15, d. L. 4, § 2. — 32. L. 10, in fin. infr. cod. — 33. L. 38, in pr. infr. de pen. — 34. L. 1, supr. h. t. — 35. L. 6, in fin. pr. supr. cod. — 36. d. L. 6, in fin.

ob servos alienos interceptos teneri, nec idcirco tamen statim plagiarium esse existimari. — § 1. Idem princeps de eadem re in hæc verba rescripsit: Apud quem unus aut alter fuerit fugitivus inventus, qui operas suas locaverint, ut pascerentur, et utique si idem antea apud alios opus fecerint, hunc suppressorem non jure quis dixerit. — § 2. Lege Favia cavetur, ut liber, qui hominem ingenuum¹⁰, vel libertinum invitum celaverit, invinctum habuerit, emerit¹¹ sciens dolo malo, quive in earum qua re socius erit, quique servo alieno, servove persuaserit, ut a domino dominave fugiat, vel eum carne invito, vel insciente domino, dominave celaverit, invinctum habuerit, [emerit] sciens dolo malo, quive in ea re socius erit: ejus pœna teneatur.

7. HERMOGENIANUS, lib. 6 juris Epitomarum.

Pœna pecuniaria¹² statuta lege Favia, in usu esse desiit: nam in hoc crimine detecti, pro delicti modo coercentur: et plerumque in metallum¹³ damnantur.

TIT. XVI.

AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIANUM¹, ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM².

1. MARCIANUS, libro singul. ad senatusconsultum Turpillianum.

Accusatorum temeritas tribus modis detegitur, et tribus pœnis subjicitur: aut enim calumniatur, aut prævaricantur, aut tergiversantur. — § 1. Calumniari³ est falsa crimina intendere: prævaricari⁴ vera crimina abscondere: tergiversari, in universum ab accusatione desistere. — § 2. Calumniatoribus pœna lege Remmia irrogatur. — § 3. Sed non utique, qui non probat, quod intendit, protinus calumniari videtur: nam ejus rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur, qui, reo absoluto, de accusatoris incipit consilio querere, qua mente ductus ad accusationem processit: et si quidem justum ejus errorem repererit, absolvet eum; si vero in evidenti calumnia eum deprehenderit, legitimum pœnam ei irrogat. — § 4. Quorum alterutrum ipsis verbis pronuntiationis manifestatur. Nam si quidem ita pronuntiaverit, non probasti, pepercit ei. Sin autem pronuntiaverit, calumniatus⁵ es, condemnavit eum. Et quamvis nihil de pœna subjecerit, tamen legis potestas adversus eum exercebitur. Nam (ut Papinianus respondit) facti⁶ quidem quæstio in arbitrio est iudicantis; pœnæ vero persecutio non ejus voluntati mandatur, sed legis auctoritati reservatur. — § 5. Quæri possit, si ita fuerit interlocutus Lucius Titius temere accusasse videatur, an calumniatore pronuntiasse videatur? et Papinianus, temeritatem facilitatis veniam continere, et inconsultum calorem calumniæ vitio carere: et ob id hunc nullam pœnam subire oportere. — § 6. Prævaricatore⁷ eum esse ostendimus, qui colludit cum reo: et translatiæ munere accusandi defungitur: eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero [rei] excusationes admitteret. — § 7. Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur.

§ 8. Abolitio privatim a præsidibus postulari ac impetrari solet. Item pro tribunali, non de plano. Nec præsens hanc cognitionem alteri demandare potest. — § 9. Si plura crimina idem intulit, singulorum debet abolitionem petere: alioquin prout quid amiserit, ejus nomine senatusconsulti pœnam patietur. — § 10. Accusationem is intulit, qui præscriptione summoveri poterat, ut quilibet adulterii masculo post quinque⁸ annos continuos ex die commissi adulterii, vel femine post sex⁹ menses utiles ex die divortii: an, si destiterit, hoc senatusconsulto plecti debet, belle dabitur? Movit, quod pene nulla erit accusatio, quam¹⁰ temporis spatium, aut personæ vitium omnimodo removeret, reoque securitatem timoris ac periculi promitteret. Contra movet, quod qualiscunque accusatio illata, cognoscentis auctoritate, non accusantis voluntate aboleri debet: majoreque odio dignus existimaretur, qui temere ad tam improbam accusationem processisset. Ergo verius est, eum quoque, de quo loquimur, in senatusconsultum incidere oportere. Atquin Papinianus respondit, mulierem, quæ idcirco ad falsi accusationem non admittetur, quod suam¹¹, suorumve injuriam non persequeretur, desistentem, senatusconsulto Turpillianum non plecti. Num ergo, et in cæteris idem responsurus sit? quid enim interest, propter sexus infirmitatem, an propter sta-

TIT. XVI. — 1. Lib. 9, C. 45. — 2. Lib. 9, C. 42 et 43. — 3. L. 235, in pr. infr. de verb. sign. — 4. § 8, infr. hie; L. 4, § 4, supr. de lit. qui voluntari; L. 1, supr. de prævaricat.; L. 212, infr. de verborum significatione. — 5. L. 16, C. ex quib. caus. infam. — 6. L. 15, in pr. infr. ad municipal. — 7. § 1, supr. h. t. — 8. L. 11, § 4, supr.; L. 5, C. ad leg. Jul. de adult. — 9. L. 4, § 1; L. 29, § 5, supr.; L. 1, C. d. t. — 10. L. 13, infr. de reg. jur.; L. 7, § 8, supr. de dolo malo; L. 7, § 14, in fin. supr. quib. ex caus. in poss. — 11. L. 19, C. ad leg. Cora. de fals.

Tus turpitudinem, temporis finem ad accusationem aliquam non admittitur? multoque magis excludendi sunt, quod mulieris quidem accusatio vel propter proprium ejus dolorem effectum habere potuit: illorum vero accusatio voce duntaxat tenus intervenit. Atquin idem alias scribit, non posse aliquem duos eodem tempore adulterii accusare, matrem et feminam: et tamen, si utrique simul denunciaverit, in utriusque persona abolitionem eum petere debere, ne in hoc senatusconsulto incidat. Quid porro refert, propter causas superscriptas accusatio non valeat, an propter numerum personarum non tenerit? an haec intersint, plenam habuerit aliquis accusandi facultatem, sed propter personarum conjunctionem ab accusatione summoveatur: an vero stricta ratione quibusdam accusandi facultas non competat? Merito itaque dicendum est, omnes, excepta muliere et minore, nisi abolitionem petierint, in hoc senatusconsulto incidere.

§ 11. Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest: et nullus alius de hujusmodi questione, quam praeses, pronunciare potest: et tamen, qui ab ea destitit, senatusconsulto non tenetur. — § 12. Item, si dicatur aliquis in senatusconsultum incidisse Turpillianum, praesidis est super ea re notio: et tamen contra desertorem senatusconsulti non intervenit coercitio: qui autem dicit, quem in hoc senatusconsulto incidisse, accusator non est. — § 13. Incidit in hoc senatusconsulto, et qui accusatorem summittit, aut instigat, aut qui mandat alicui, et instruit eum ad accusationem capitalem, dando probationes, allegando accusationes, et merito: nam deficiendo crimini, quod movet: et eximendo se periculo calumniae vel desertionis, merito calumniantis et desistentis poenae subdici debuit, nisi subornatus accusator probaverit crimen, quod intendere suscepit. Nec interest, per se mandavit accusationem, an per alium. Verum hunc, qui hoc ministerio usus est ad mandandam accusationem, non ex verbis, sed ex sententia senatusconsulti puniri, Papinianus respondit. Summissus enim accusator similiter eodem senatusconsulto plectitur: id est, propter hoc solum punitur, quod ministerium alieni timoris recepit. — § 14. Reus condemnatus provocavit: deinde accusator destitit, an in hoc senatusconsulto incidit? prope est, ut incidisse videatur: quia provocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio.

2. PAULUS, lib. sing. de Penis omnium legum.

Qui destiterit agere, amplius et acceusatus prohibetur.

3. Idem, lib. 1 Sententiarum.

Et in privatis, et in extraordinariis criminibus omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

4. PAPINIANUS, lib. 15 Responsorum.

Mulier, quae falsi crimen injuriae propriae post interpositam denunciationem desistens omisit, ex senatusconsulto Turpilliano teneri non videtur. — § 1. Post abolitionem idem crimen ab eodem in eundem instaurari non potest.

5. PAULUS, lib. 2 Responsorum.

Quaesitum est, an is, qui libello principi dato, falsum se obiecturum minatus est, si non objecisset, Turpilliano senatusconsulto tenetur? Paulus respondit, verbis senatusconsulti Turpilliani eum, de quo quaeritur, non contineri.

6. Idem, lib. 1 Sententiarum.

Ab accusatione destitit, qui cum adversario suo de compositione ejus criminis, quod intendebat, fuerit locutus. — § 1. Animo ab accusatione destitit, qui affectum et animum accusandi deposuit. — § 2. Destitisse videtur, qui intra praefinitum accusationis a praeside tempus reum suum non peregit. — § 3. Nunciatores, qui per notoria indicia produunt, notorius suis assistere jubentur. — § 4. Calumniae causa puniuntur, qui in fraudem alicujus libram vel testimonium, aliudve quid conquisisse, vel scripsisse, vel in iudicium protulisse dicuntur.

7. ULPIANUS, lib. 8 Disputationum.

Si quis repetere velit crimen publica abolitione interveniente, eo jure repetit, quo accusabat: non aequae enim possunt praescriptiones ei obijci, quae ante reorum abolitionem non sunt objectae: et ita divus Hadrianus rescripsit. — § 1. Si stellationum quis objecerit, vel expilatæ hereditatis crimen, et destitit: poenam senatusconsulti Turpilliani non

12. L. 11, infr. h. t. — 13. L. 59, § 6, supr. ad leg. Jul. de adult. — 14. § 6, in fin. — 15. Fide tamen L. 11, infr. h. t. — 16. Immo vide L. 4, in pr. supr. de offic. ejus, cui mand. jurisd. — L. 2, § 4, supr. de suspect. — 17. L. 3, § 2, supr. ad leg. Jul. de vi privata. — 18. L. 15, § 4, in fin. infr. h. t. — L. 2, § 2; L. 15, § 5, supr. ad leg. Jul. de adult.; vide L. 14, § 9, supr. de edict. edict. L. 5, supr. de praevicac. — 19. Immo vide L. 5, C. h. t. — 20. Excep. L. 1, in fin. C. de abolit. — 21. L. 13, infr. h. t. — 22. L. 1, L. 2, C. ut intra certum tempus; L. 13, C. de iudiciis. — 23. Immo vide L. 12, § 2, supr. de accusat. — 24. L. 9, L. 10, L. 12, infr. h. t.; L. 14, § 2, in fin. supr. de bon. libert. — 25. L. 3, in fin. supr. de accusat.; L. ult.

subibit; nec si furti, vel injuriarum, sed officio iudicis culpa ejus coercetur.

8. PAPINIANUS, lib. 2, de Adulteris.

Abolitio, aut publice fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem:

9. MACER, lib. 2 Publicorum.

Vel ob rem prospere gestam:

10. PAPINIANUS, lib. 2, de Adulteris.

* Aut privatim actore postulante. Tertio genere fit ex lege abolitio, accusatore mortuo, vel ex justa causa impedito, quominus accusare possit. — § 1. Abolitio autem publice facta, non retractabitur in iudicio rependo de mariti jure. — § 2. Triginta dies repetendi rei divus Trajanus utiles esse interpretatus est, ex die scilicet, quo feriae finitae sunt: et senatus censuit eas dies cedere, quibus quisque reum suum repetere possit. Hoc autem repetendi rei tempus non aliter cedit, quam si accusator quoque potuit adire.

11. Idem, lib. sing. de Adulteris.

Querebatur, an hi, qui ab accusatione tempore exclusi essent, in senatusconsultum Turpillianum incidere? Respondit, non oportere dubitari, calumnia non puniri eos, qui praescriptione temporis exclusi, causam adulterii perferre non poterunt.

12. ULPIANUS, lib. 2, de Adulteris.

Si interveniente publica abolitione senatusconsulto (ut fieri adsolet), vel ob latitiam aliquam, vel honorem domus divinae, vel ex aliqua causa, ex qua senatus censuit abolitionem reorum fieri, nec intra dies praestitutos reum repetierit: dicendum est, cessare Turpillianum senatusconsultum; nec enim videtur desistere, qui exemplum reum non defert: eximitur autem reorum abolitione interveniente.

13. PAULUS, lib. 3, de Adulteris.

Destitisse eum accipiemus, qui in totum animo agendi deposuit, non qui distulit accusationem. — § 1. Sed, qui permissu imperatoris ab accusatione destitit, impunitus est.

14. ULPIANUS, lib. 7, de Officio proconsulis.

Divus Hadrianus Salvio Caro proconsuli Cretae rescripsit, tutorem qui pupilli causa instituerat accusationem, defuncto pupillo, cujus causa accusare coeperat, non esse cogendum accusationem implere.

15. MACER, lib. 2 Publicorum.

In senatusconsultum Turpillianum incidunt, qui subiecissent accusatores, aut subjecti postulassent, nec peregissent reos, aut aliter, quam abolitione facta, destitissent: quique chirographum ob accusandum dedissent, pactionemve aliquam interposuissent. Hoc autem verbum [nec] peregissent, ad universos superscriptos pertinere dicendum est. — § 1. An ad eos, qui hodie de iudiciis publicis extra ordinem cognoscunt, senatusconsultum pertineat, quaeritur? Sed jam hoc jure ex sacris constitutionibus utitur, ut pertineat: ita ex singulis causis singulae poenae irrogentur. — § 2. Eos, de quorum calumnia agi non permittitur, si destiterint, non incidere in poenam hujus SC. constitutionibus cavetur. — § 3. Si propter mortem rei accusator destiterit, non potest hoc senatusconsulto teneri: quia morte rei iudicium solvitur, nisi tale crimen fuit, cujus actio et adversus heredes durat: veluti majestatis. Idem in accusatione repetundarum est, quia haec quoque morte non solvitur. — § 4. Caeterum si postea, quam accusator destitit reus decesserit: non ideo magis delictum accusatoris relevatur. Nam eum, qui semel destitit, si postea accusare paratus sit: non esse audiendum, Severus et Antoninus statuerunt. — § 5. Qui post inscriptionem ante litem contestatam anno, vel biennio agere non poterint, variis praesidium occupationibus, vel etiam civilium officiorum necessitatibus districti, in senatusconsultum non incident. — § 6. Quamquam prius reum quis detulerat, etsi post abolitionem, antequam reus repeteret, alia abolitio supervenerit: non ex superiore, sed ex secunda abolitione dies triginta computantur.

16. PAULUS, lib. sing. de Adulteris.

Domitianus rescripsit, quod de feriis, et de abolendis reis dicitur, non

C. si reus vel accusator. — 26. L. 2, in fin. C. de generali abolit. — 27. Immo vide L. 1, § 10, supr. h. t. — 28. L. 5, supr. eod. — 29. L. 10, supr. de iudiciis. — 30. L. 6, § 1, supr. L. ult. C. h. t. — 31. Adde L. ult. supr. si quis cautionibus; L. 21, supr. de his, quae ut indigni. — 32. L. 24, infr. de iure fisci. — 33. L. 1, § 7, supr. L. 1, C. h. t. — 34. Immo vide L. 15, C. ad leg. Jul. de adult. junct. L. 6, C. eod. — 35. L. 3, C. si reus vel accusator. — 36. L. 6, supr. de publ. iudic. — 37. L. ult. supr. ad leg. Jul. majest. — 38. L. 20, supr. de accusat. L. 2, supr. ad leg. Jul. repetund. — 39. L. 2, supr. h. t.

TIT. XVIII.

DE QUESTIONIBUS.

1. ULPIANUS, [lib. 8, de Officio proconsulis].

In criminibus eruenis quaestio adhiberi solet. Sed quando, vel quantum id faciendum sit, videamus. Et non esse a tormentis incipiendum, et D. Augustus constituit, neque adeo fidem quaestioni adhibendam. — § 1. Sed et epistola divi Hadriani ad Sennium Sabinum continetur; verba rescripti ita se habent: Ad tormenta servorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est reus: et aliis argumentis ita probationis admoveatur, ut sola confessio servorum deesse videatur. — § 2. Idem divus Hadrianus Claudio Quarto rescripsit, quo rescripto illud expressit, a suspectissimo incipiendum, et a quo facillime posse verum scire iudex crederet. — § 3. Ad quaestionem non esse provocandos eos, quos accusator de domo sua produxit: nec facile credendum subjectam eam, quam ambo parentes dicuntur caram filiam habuisse, rescripto divorum fratrum ad Lucium Tiberianum emisso declaratur. — § 4. Idem Cornelio Proculo rescriperunt, non utique in servi unius quaestione fidem rei constituendam; sed argumentis causam examinandam. — § 5. Divus Antoninus et divus Hadrianus Sennio Sabino rescriperunt, cum servi pariter cum domino aurum et argentum exportasse dicerentur, non esse de domino interrogandos: ne quidem, si ultro aliquid dixerint, obesse hoc domino. — § 6. Divi fratres Leliano Longino rescriperunt, de servo heredum non esse habendam quaestionem in res hereditarias, quamvis suspectum fuisset, quod imaginaria venditione dominium in eo quaesisse heres videretur. — § 7. Servum municipium posse in caput civium torqueri, sapissime rescriptum est: quia non sit illorum servus, sed republica. Idemque in caeteris servis corporum dicendum est: nec enim plurium servus videtur, sed corporis. — § 8. Si servus bona fide mihi serviat, etiam si dominum in eo non habui: potest dici, torqueri eum in caput meum non debere. Idem est et in libero homine, qui bona fide servit. — § 9. Sed nec libertum torqueri in patroni caput, constitutum est. — § 10. Nec fratrem quidem in fratris, imperator noster cum [divo] patre suo rescripsit: addita ratione, quod in eum, in quem quis invitus testimonium dicere non cogitur, in eum nec torqueri debet. — § 11. Servum mariti in caput uxoris posse torqueri, divus Trajanus Servio Quarto rescripsit. — § 12. Item Mummio Lolliano rescripsit, damnati servos, quia destitisse esse ipsius, posse in eum torqueri. — § 13. Si servus ad hoc erit manumissus, ne torqueatur: dummodo in caput domini non torqueatur, posse eum torqueri divus Pius rescripsit. — § 14. Sed et eum, qui cognitionis suscepta tempore alienus fuit: licet postea rei sit effectus, torqueri in caput posse divi fratres rescriperunt. — § 15. Si quis dicitur nullo jure emptus, non prius torqueri poterit, quam si constiterit venditionem non valuisse: et ita imperator noster cum divo patre suo rescripsit. — § 16. [Item] Severus Spicio Antigono ita rescripsit: Cum quaestio de servis contra dominos neque haberi debeat, neque si facta sit, dicturi sententiam consilium instruat: nullo minus indicia servorum contra dominos admittenda sunt. — § 17. Divus Severus rescripsit, confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. — § 18. Cum quidam deponere pretium servi paratus esset, ut servus torqueretur contra dominum: imperator noster cum divo patre suo id non admisit. — § 19. Si servi quasi sceleris participes in se torqueantur, deque domino aliquid fuerint confessi apud iudicem: prout causa exegerit, ita pronunciare eum debere, divus Trajanus rescripsit; quo rescripto ostenditur, gravari dominos confessione servorum: sed ab hoc rescripto recessum constitutione posteriores ostendunt. — § 20. In causa tributorum (in quibus esse republicae nervos nemini dubium est) periculi quoque ratio, quod servo fraudis conscio capitalem poenam denunciati, ejusdem professionem instruat. — § 21. Qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter intertrigare, an Lucius Titius homicidium fecerit: sed generaliter, quid fecerit; alterum enim magis suggerentis, quam requirentis videtur: et ita D. Trajanus rescripsit.

2. MACER, lib. 2 Publicorum.

Lucius Titius Seium reum falsi fecit: et prius quam persequer, indulgentia reorum crimina abolita sunt. Quæro, si postea eum iterato reum non fecerit: an in Turpillianum senatusconsultum incidit? [Herennius] Modestinus respondit, abolitionem reorum, quæ publice indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.

17. MODESTINUS, lib. 17 Responsorum.

Imperatores Antoninus et Verus Augusti Julio Vero rescriperunt, cum satis diu litem traxisse dicitur, invito adversario non posse eum abolitionem accipere. — § 1. Item rescriperunt, nisi evidenter probetur consentire adversarium, abolitionem non dari. — § 2. Item rescriperunt, cum in crimine capitali abolitionem, ut in re pecuniaria petitam esse diceret, restaurandam esse nihilominus cognitionem: ita ut si non probasset hoc, quod proponeret, non impune eum laturum.

18. PAPIRIUS JUSTUS, lib. 1, de Constitutionibus.

Divi Severi et Antonini Magni rescriptum est, ne quis absens puniatur: et hoc jure utimur, ne absentes damnentur: neque enim inaudita causa quomquam damnari aequitatis ratio patitur. — § 1. Si autem gravior quis puniatur: puta in opem metalli vel similem poenam, sive capitalem: hoc casu non est irroganda in absentem poena, sed absens requirendus adnotatus est, ut copiam sui praestet. — § 2. Praesides autem provinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, ut eos, quos adnotaverint, edictis adesse jubent: ut possit innotescere eis qui adnotati sunt. Sed et literas ad magistratus, ubi consistunt, mittere: ut per eos possit innotescere, requirendos eos esse adnotatos. — § 3. Et ex hoc [annus] computatur ad se purgandos. — § 4. Sed et Papinianus lib. 16 Responsorum scripsit, requirendum adaptatum; si provinciae praesidem intra annum adierit et satis obtulerit: non esse locum mandatis, ut bona fisco vindicentur; nam et si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat, et perit, et bona ejus ad successores transmittuntur.

TIT. XVII.

DE REQUIRENDIS VEL ABSENTIBUS DAMNANDIS.

1. MARCIANUS, lib. 2 Publicorum.

Anni spatium ad occupanda bona ejus, qui requirendus adnotatus est, pertinet. — § 1. Sed si per viginti annos fisco bona non occupaverit, postea praescriptione vel ab ipso reo vel ab heredibus ejus submovebitur. — § 2. Si per viginti annos fisco bona non occupaverit, postea praescriptione vel ab ipso reo vel ab heredibus ejus submovebitur. — § 3. Et ex hoc [annus] computatur ad se purgandos. — § 4. Sed et Papinianus lib. 16 Responsorum scripsit, requirendum adaptatum; si provinciae praesidem intra annum adierit et satis obtulerit: non esse locum mandatis, ut bona fisco vindicentur; nam et si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat, et perit, et bona ejus ad successores transmittuntur.

2. MACER, lib. 2 Publicorum.

Anni spatium ad occupanda bona ejus, qui requirendus adnotatus est, pertinet. — § 1. Sed si per viginti annos fisco bona non occupaverit, postea praescriptione vel ab ipso reo vel ab heredibus ejus submovebitur.

3. MARCIANUS, lib. 2, de publicis Iudiciis.

Quamcumque enim quaestionem apud fisco, si non alia sit praescriptio, viginti annorum silentio praescribi, divi principes voluerunt.

4. MACER, lib. 2, de publicis Iudiciis.

Annus exinde computandus est, ex quo ea adnotatio [facta est] quæ vel edicto, vel literis ad magistratus factis publice innotuit. — § 1. Ergo et viginti annorum tempus exinde fisco numeretur, ex quo adnotatio publice innotuit. — § 2. In summa sciendum est, nulla temporis praescriptione, a causae defensione summoveri eum, qui requirendus adnotatus est.

5. MODESTINUS, lib. 12 Pandectarum.

Mandatis cavetur, intra annum requirendorum bona obsignari: ut si redierint, et se purgaverint, integram rem suam habeant; si neque responderint, neque qui se defendant, habuerint: tunc post annum bona in fisco coguntur. — § 1. Et intra annum medio tempore moventia, si qua sunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereat, venire debere, pretiumque eorum in deposito esse, D. Severus et Antoninus sanxerunt. — § 2. Sed et D. Trajanus inter moventia fructus quoque haberi rescripsit. — § 3. Curandum est autem, ne quid ei, qui profugit, medio tempore a debitoribus ejus solvatur, ne per hoc fuga ejus instruat.

40. L. 2, § 1, supr. de custod. e. exhibit. — 41. L. ult. C. de abolitionib. — Tr. XVII. — 1. Lib. 9, C. 40. — 2. L. 5, in pr. infr. de pan.; L. 19, L. 15, § 1, supr. de publ. iudic.; L. 6, C. de accusat.; L. 25, C. ad leg. Jul. de adult. — 3. L. 1, C. h. t.; L. 6, C. de accusat.; N. 134, e. 5. — 4. d. N. 134, e. 5. — 5. Immo vide L. 2, C. h. t. — 6. L. 2, L. 4, infr. eod. — 7. L. ult. in pr. infr.; L. 1, L. 2, C. eod. — 8. L. 1, § 3, infr. de iure fisci. — 9. L. 25, in pr. supr. de divers. temporal. praeser.; L. 2, C. de veigil.; L. 1, C. de quadrievit. praeser. — 10. Immo vide L. 2, C. h. t. — 11. Fac. L. 25, in fin. C. de admin. tut. — Tr. XVIII. — 1. Lib. 9, C. 41. — 2. § 1, infr. hic; L. 18, § 2; L. 20, infr.; L. 8, § 1, C. h. t. — 3. L. fin. infr. eod. — 4. Adde L. 18, in pr. infr. eod. — 5. L. 20, in fin. infr. eod. — 6. L. 7, C. h. t. — 7. § 19, infr. hic; L. 18, § 5, infr. eod. — 8. L. 2, infr. eod.; L. 15, C. eod. — 9. L. 6, § 1, supr. de rer. divis. — 10. L. 6, C. h. t. — 11. Adde L. 15, C. qui accusare. — 12. L. 4, supr. de testib. — 13. L. 1, § 15, supr. de SC. Silan. — 14. L. 1, C. h. t. — 15. L. 9, § 1, infr. eod. — 16. § 22, infr. h. t. — 17. L. ult. supr. de eoutum. prin. — 18. L. 1, C. h. t. — 19. § 19, supr. hic; L. 12, L. 15, C. eod.; L. 7, supr. de probat.

dim, constitutionibus declaratur: etenim res est fragilis, et periculosa, et quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia sive duritia tormentorum ita tormenta contemunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tanta sunt impatentia, ut [in] quovis mentiri, quam pati tormenta velint; ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verum etiam alios committentur. — § 24. Præterea inimicorum²⁰ quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur: nec tamen sub pretexto inimicitarum detrahenda erit fides quæstionis. — § 25. Causaque cognita, habenda fides, aut non habenda. — § 26. Cum quis latrones tradidit, quibusdam rescriptis continetur non debere fidem haberi eis²⁴ in eos qui eos tradiderunt, quibusdam vero, quæ sunt pleniora, hoc cavetur, ut neque dextricte [non] habeatur, ut in cæterorum persona solet: sed causa cognita æstimetur, habenda fides sit, necne; plerique enim, dum metuunt, ne forte apprehensi eos nominent, prodere eos solent, scilicet impunitatem sibi captantes: quia non facile eis indicantibus proditores suos creditur. Sed neque passim²² impunitas eis per huiusmodi proditores concedenda est: neque transmittenda allegatio dicentium idcirco se oneratos, quod eos ipsi tradidissent: neque enim invalidum argumentum haberi debet mendacii, sive calumniæ in se instructæ. — § 27. Si quis ultra de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est: nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur. Et extat epistola divorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cujus post damnationem de innocentia constitisset; cujus verba hæc sunt: *Prudenter, et egregia ratione humanitatis, Saxa carissime, primitivum servum, qui homicidium in se confingere metu ad dominum revertendi suspectus esset, perseverantem falsa demonstratione, damnasti, quæsiturus de consciis, quos æque habere se mentitus fuerat, ut ad certiores ipsius de se confessionem pervenires; nec frustra fuit tam prudens consilium tuum: cum in tormentis constiterit, neque illos ei conscios fuisse, et ipsum de se temere commentum; potes itaque decreti gratiam facere, et eum per officium distrahi²³ jubere: conditione addita, ne unquam in potestate domini revertatur, quem pretio recepto certum habemus libenter tali servo cariturum.* Hac epistola significatur, quasi servus damnatus, [si] fuisset restitutus, ad²⁴ eum pertinere, cujus fuisset, antequam damnatur: sed præses provinciæ eum, quem damnavit, restituere non²⁵ potest; cum nec pecuniariam sententiam suam revocare possit. Quid igitur? Principi eum scribere oportet, si quando ei [ejus] qui nocens videbatur, postea ratio innocentia constitit.

2. ULPIANUS, lib. 39, ad Edictum.

Hereditarij²⁶ servi, quamdiu incertum est, ad quem bona pertineant, non possunt videri in caput domini torqueri.

3. Idem, lib. 50, ad Edictum.

Constitutione imperatoris nostri et divi Severi placuit, plurium²⁷ servum in nullius caput torqueri posse²⁸.

4. Idem, lib. 3 Disputationum.

In incesto (ut Papinianus respondit, et est rescriptum) servorum tormenta cessant²⁹: quia et lex Julia cessat de adulteris.

5. MARCIANUS, lib. 2 Institutionum.

Si quis viduam vel alii nuptam cognatam, cum qua nuptias contrahere non potest, corruerit, in insulam deportandus est; quia duplex³⁰ crimen est: [et] incestum, quia cognatam violavit contra fas; et adulterium vel stuprum adjungit; denique hoc casu servi in persona domini torquentur³¹.

6. PAPINIANUS, lib. 2, de Adulteris.

Patre vel marito de adulterio agente, et postulantis de servis rei ut quæstio habeatur, si [vere] causa perorata, testibus prolatis, absolutio secuta fuerit: mancipiorum, quæ mortua sunt, æstimatio habetur: secuta vero damnatione, quæ supersunt, publicantur. — § 1. Cum de falso³² testamento queritur, hereditarij servi possunt torqueri.

7. ULPIANUS, lib. 3, de Adulteris.

Quæstionis modum³³ magis est iudices arbitrari oportere: itaque quæstionem habere oportet: ut servus salvus sit vel innocentia, vel supplicio.

8. PAULUS, lib. 2, de Adulteris.

Edictum D. Augusti, quod proposuit Vivio Avito et Lucio Aproniano

20. L. 3, in pr. supr. de testib. — 21. L. 4, C. h. t. — 22. L. 5, in fin. infr. de re militari. — 23. L. 2, supr. de his, qui sui vel alieni jur. — 24. L. 10, in pr.; L. 15, § 4; L. 24, in pr. infr.; L. 15, C. de pen. — 25. L. 45, § 1, supr. de re judic. — 26. L. 1, § 6, supr.; L. 6, in fin.; L. 17, § 2, infr.; L. 15, C. h. t. — 27. d. L. 15. — 28. Exrip. d. L. 17, § 2, in fin. — 29. L. 39, in fin. supr. ad leg. Jul. de adult. — 30. L. 38, supr. d. L. 1, § 1, d. L. 29, in fin. — 31. L. 10, C. h. t. — 32. L. 10, § 3, infr. eod. — 33. L. 27, § 10, supr. ad leg. Jul. de adult. — 34. Immo vide L. 6, C. h. t. — 35. L. 8, supr.; L. 18, § 4, infr.; L. ult. C. od.; L. ult. § 2, C. de jure deliber. — 37. L. 1, § 16, supr. h. t. — 38. L. 17, in fin. infr.

consulibus, in hunc modum extat: *Quæstiones neque semper in omni causa et persona desiderari debere arbitror: et cum capitalia et atrociora maleficia non aliter explorari et investigari possunt, quam per servorum quæstiones, efficacissimas [esse] adquirendam veritatem existimo, et habendas censeo.* — § 1. Statiliber³⁴ in adulterio postulari poterit, ut quæstio ex eo habeatur, quod servus heredis est: sed spem suam retinebit.

9. MARCIANUS, lib. 2, de Judiciis publicis.

Divus Pius rescripsit, posse³⁵ de servis haberi quæstionem in pecuniaria causa, si aliter veritas inveniri non possit: quod et aliis rescriptis cavetur; sed hoc ita est, ut non facile in re pecuniaria quæstio habeatur: sed si³⁶ aliter veritas inveniri non possit, nisi per tormenta, licet habere quæstionem, ut et divus Severus rescripsit. Licet itaque et de servis alienis haberi quæstionem, si ita res suadeat. — § 1. Ex quibus causis quæstio de servis adversus dominos haberi non debet, ex his causis ne quidem interrogationem valere: et multo minus indicia servorum contra dominos admittenda sunt³⁷. — § 2. De eo³⁸, qui in insulam deportatus est, quæstio habenda non est, ut divus Pius rescripsit. — § 3. Sed nec de statulibero in pecuniariis causis quæstio habenda est, nisi deficiente conditione.

10. ARCADIVS [qui et] CHARISIVS, lib. singul. de Testibus.

De minore³⁹ quatuordecim annis quæstio habenda non est, ut et divus Pius Cæcilio Jubentiano rescripsit. — § 1. Sed omnes omnino in⁴⁰ majestatis crimine, quod ad personas principum attinet, si ad testimonium provocentur, cum res exigat, torquentur. — § 2. Potest queri, an de servis filij castrensium peculij in caput patris quæstio haberi [non] possit? nam patris non debere torqueri in filium, constitutum est; et putò recte dici, nec⁴¹ filij servos in caput patris esse interrogandos. — § 3. Tormenta autem adhibenda sunt, non quanta accusator postulat: sed ut moderata⁴² rationis temperamenta desiderant. — § 4. Nec debet initium probationum de⁴³ domo rei accusator sumere, dum aut libertos ejus, quem accusat, aut servos in testimonium vocat. — § 5. Plurimum quoque in excutienda veritate etiam vox ipsa, et cogitationis subtilis diligentia adfert: nam et ex sermone, et ex eo, qua quis constantia, qua trepidatione quid diceret, vel cujus existimationis quisque in civitate sua est, quedam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. — § 6. In causis quoque liberalibus⁴⁴ non oportet per eorum tormenta, de quorum statu queritur, veritatem requiri.

11. PAULUS, lib. 2, de Officio proconsulis.

Etiam si redhibitus fuerit servus, in caput emptoris⁴⁵ non torquetur.

12. ULPIANUS, lib. 54, ad Edictum.

Si quis, ne quæstio de eo agatur, liberum⁴⁶ se dicat: divus Hadrianus rescripsit, non esse eum ante torquendum, quam liberale iudicium experiatur.

13. MODESTINUS, lib. 5 Regularum.

Certo pretio servum æstimatum⁴⁷ in quæstionem dari interposita stipulatione, receptum est.

14. Idem, lib. 8 Regularum.

Statuliber⁴⁸ in delicto reperiens, sperandæ libertatis prærogativa, non⁴⁹ ut servus ob ambiguum conditionis, sed ut liber puniendus est.

15. CALLISTRATUS, lib. 5, de Cognitionibus.

Ex libero homine pro testimonio non vacillante quæstionem⁵⁰ haberi non oportet. — § 1. De minore⁵¹ quoque quatuordecim annis in caput alterius quæstionem habendam non esse, divus Pius Mæcilio rescripsit: maxime cum nullis extrinsecus argumentis accusatio impleatur; nec tamen consequens esse, ut etiam sine tormentis eisdem credatur: nam ætas (inquit) quæ adversus asperitatem quæstionis eos interim tueri videtur, suspectiores quoque eosdem facit ad mentiendi facultatem. — § 2. Eum, qui vindicanti servum cavit, domini loco habendum, et ideo in caput ejus servos torqueri non posse, divus Pius in hæc verba rescripsit: *Causam tuam aliis probationibus insinuare debes: nam de servis quæstio haberi non debet, cum possessor hereditatis, qui⁵² petitori satisfactionem, interim domini loco habeatur.*

eod. — 39. L. 15, § 1, infr. eod.; L. 1, § 2, § 3, supr. de SC. Silan. — 40. L. 16, C. h. t.; L. 5, L. 4, C. ad leg. Jul. majest. — 41. Vide tamen L. 1, § 2, supr. de SC. Silan. — 42. L. 7, supr. h. t. — 43. L. 7, C. de testib. — 44. L. 12, infr. h. t. — 45. Fac. L. 17, in fin.; L. 18, § 6, infr. eod. — 46. L. 10, in fin. supr. eod. — 47. L. 27, in pr. supr. ad leg. Jul. de adult. — 48. L. 9, in fin. infr. de pen. — 49. Obat. L. 29, in pr. supr. de statulib. — 50. L. 18, § 5, infr. h. t. — 51. L. 10, in pr. supr. eod. — 52. L. 5, in pr. supr. de hered. petit.; L. 6, in fin. supr. de C. bon. edict.

16. MODESTINUS, lib. 3, de Poenis.

Repeti posse⁵³ quæstionem, divi fratres rescripserunt. — § 1. Is, qui de se confessus est, in caput aliorum⁵⁴ non torquetur. ut divus Pius rescripsit.

17. PAPINIANUS, lib. 16 Responsorum.

Extrario quoque accusante, servos in⁵⁵ adulterij quæstione contra dominum interrogari placuit: quod D. Marcus, ac postea maximus princeps judicantes secuti sunt. — § 1. Sed et in quæstione stupri servi adversus dominum non torquentur. — § 2. De quæstione suppositi partus, vel si petat hereditatem, quem cæteri filij non esse fratrem suum contendunt, quæstio de servis hereditariis⁵⁶ habebitur: quia non contra dominos cæteros filios, sed pro successione domini defuncti queritur. Quod congruit ei, quod divus Hadrianus rescripsit: cum enim in socium cædis socius postularetur, de communi⁵⁷ servo habendam quæstionem rescripsit: quod pro domino fore videretur. — § 5. De servo⁵⁸ in metallum damnato quæstionem contra eum, qui⁵⁹ dominus fuit, non esse habendam respondi: nec ad rem pertinere, si ministrum se facinoris fuisse confiteatur.

18. PAULUS, lib. 5 Sententiarum.

Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior est⁶⁰, vel teneræ ætatis videtur. — § 1. Reus evidentiorebus argumentis oppressus, repeti⁶¹ in quæstione potest: maxime si in tormenta animum corpusque duraverit. — § 2. In ea causa, in qua nullis⁶² reus argumentis urgebatur, tormenta non facile adhibenda sunt: sed instandum accusatori, ut id, quod intendat, comprobet atque convincat. — § 3. Testes⁶³ torquendi non sunt, convincendi mendacii aut veritatis gratia: nisi⁶⁴ cum facto intervenisse dicuntur. — § 4. Judex, cum de fide generis instrui non potest, poterit de servis hereditariis habere quæstionem. — § 5. Servo, qui ultro⁶⁵ aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: neque enim oportet salutem dominorum servorum arbitrio committi. — § 6. Servus in caput [ejus] domini, a⁶⁶ quo distractus est, cuique aliquando servivit, in memoriam prioris domini interrogari non potest. — § 7. Servus nec si a domino ad tormenta offeratur⁶⁷, interrogandus est. — § 8. Sane quotiens queritur, an servi in caput domini interrogandi sint, prius⁶⁸ de eorum dominio oportet inquiri. — § 9. Cogniturum de criminibus præsidem oportet ante diem palam facere, custodias se auditurum: ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamvis defensionem quocunque tempore, postulatam reo, negari non oportet; adeo ut propterea, et differantur et proferantur custodiæ. — § 10. Custodiæ non solum pro tribunali, sed et de plano⁶⁹ audiri possunt, atque damnari.

19. TRYPHONIVS, lib. 4 Disputationum.

Is, cui fideicommissa⁷⁰ libertas debetur, non aliter ut servus quæstioni applicetur, nisi aliorum quæstionibus oneretur.

20. PAULUS, lib. 3 Decretorum.

Maritus quidam heres uxoris suæ petebat a Suro pecuniam, quam apud eum deponis defunctam se absente dicebat, et in eam rem unum testem, liberti sui filium produxerat: apud procuratorem desideraverat et quæstionem habere de ancilla. Suro negabat se accepisse, et testimonium non oportere unius⁷¹ hominis admitti: nec solere a quæstionibus incipi⁷², etsi aliena esset ancilla: procurator quæstionem de ancilla habuerat: cum ex appellatione cognovisset imperator, pronuntiavit, quæstione illicite habita, unius⁷³ testimonio non esse credendum; ideoque recte provocatum.

21. Idem, lib. singul. de penis Paganorum.

Quæstionis habendæ causa neminem esse damnandum D. Hadrianus rescripsit.

22. Idem, lib. 1 Sententiarum.

Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt; quæstio de his habenda non [est], nisi aliquibus suspitionibus urgeantur.

53. L. 18, § 1, infr. h. t. — 54. L. ult. in fin. C. de accusat. — 55. L. 1, C. h. t. — 56. Adde L. 2, supr. eod. — 57. L. 3, supr. eod. — 58. L. 9, § 2, supr. eod. — 59. L. 11, supr. eod. — 60. Adde L. 1, § 2, supr. eod. — 61. L. 16, supr. eod. — 62. L. 1, in pr. supr. eod. — 63. L. 15, in pr. supr. eod. — 64. L. 21, § 2, supr. de testib.; N. 90, c. 3, § 1. — 65. L. 1, § 5, supr. h. t. — 66. Adde L. 11, supr. eod. — 67. L. 7, C. eod. — 68. L. 1, § 15, supr. eod. — 69. L. 6, supr. de accusat. — 70. L. 27, § 10, supr. ad leg. Jul. de adult. — 71. L. 1, § 4, supr. h. t.; L. 9, § 1, C. de testib. — 72. L. 1, in pr. supr. h. t. — 73. d. L. 9, § 1. Tit. XIX. — 1. Lib. 9, C. 47; N. 184. — 2. Immo vide L. pen. supr. si ex noxali causa. — 3. L. 7, § 3, supr. de jurisd.; L. ult. in fin. supr. de in jus vocand.; L. 9, in fin. supr. de

1. ULPIANUS, [lib. 8 Disputationum].

Quotiens de delicto queritur, placuit non eam penam subire quem debere; quam conditio ejus admittit eo tempore, quo sententia de eo fertur: sed eam, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus, cum² deliquisset. — § 1. Proinde si servus crimen commiserit, deinde libertatem consecutus dicitur: eam penam sustinere debet, quam sustineret, si tunc sententiam passus fuisset, cum deliquisset. — § 2. Per contrarium quoque si in deteriorem conditionem fuerit redactus, eam penam subire eum oportebit, quam sustineret, si in conditione priore durasset. — § 3. Generaliter placet, in legibus publicorum iudiciorum vel privatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt præfecti vel præsides, ut eis, qui penam pecuniariam egentes eludunt³, coercionem extraordinariam inducant.

2. Idem, lib. 48, ad Edictum.

Rei capitalis⁴ damnatum sic accipere debemus, ex qua causa damnato vel mors, [vel] etiam civitatis amissio, vel servitus contingit. — § 1. Constat, postquam deportatio⁵ in locum aquæ et ignis interdictionis successit, non prius amittere quem civitatem, quam⁶ princeps deportatum in insulam staturit. Præsidem enim deportare non posse, nulla dubitatio est. Sed præfectus urbi⁷ jus habet deportandi, statimque post sententiam præfecti amissis civitatem videtur. — § 2. Eum accipiendum damnatum, qui non provocabit⁸: cæterum, si provocet, nondum damnatus videtur. Sed et si ab eo, qui jus damnandi non habuit, rei capitalis quis damnatus sit: eadem causa erit. Damnatus enim ille est, ubi damnatio tenuit.

3. Idem, lib. 14, ad Sabinum.

Pregnantis mulieris consumendæ⁹ damnatæ poena differtur, quoad pariat. Ego quidem, et ne quæstio de ea habeatur, scio observari, quamdiu prægnans est.

4. MARCIANUS, lib. 15 Institutionum.

Relegati sive in insulam deportati, debent locis interdictis abstinere: et hoc jure utimur, ut relegatus interdictis locis non excedat; alioquin¹⁰ in tempus quidem relegato perpetuum exilium, in perpetuum relegato insule relegationis, in insulam relegato deportationis, in insulam deportato poena capitis adrogatur: et hæc ita, sive quis non excesserit in exilium intra tempus, intra quod debuit; sive etiam alias exilio non obtemperaverit: nam contumacia ejus cumulat poenam: et nemo potest commeatum¹¹, remeatumque dare exuli, nisi imperator, ex aliqua causa.

5. ULPIANUS, lib. 7, de Officio proconsulis.

Absentem¹² in criminibus damnari non debere divus Trajanus Julio Frontoni rescripsit. Sed nec de suspitionibus debere aliquem damnari, D. Trajanus Assiduo Severo rescripsit: *satius¹³ enim esse, impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Adversus contumaces vero, qui neque denunciationibus, neque edictis præsidum obtemperassent, etiam absentes pronuntiari oportet secundum morem privatorum iudiciorum. Potest quis defendere, hæc non esse contraria. Quid igitur est? melius statuatur, in absentes pecuniarias quidem poenas, vel eas, quæ existimationem contingunt, si sæpius admoniti per contumaciam desint, statui posse, et usque ad relegationem procedi: verum si quid gravius¹⁴ irrogandum fuisset, puta in metallo, vel capitis poenam non esse absentibus irrogandam. — § 1. In accusatorem autem absentem nonnunquam gravius statuendum, quam Turpilliani senatusconsulti poena irrogatur, dicendum est. — § 2. Refert, et in majoribus delictis, consulto¹⁵ aliqui admittitur, an casu: et sane in omnibus criminibus distinctio hæc poenam aut justam eligere debet, aut temperamentum admittit.

6. Idem, lib. 9, de Officio proconsulis.

Si quis forte, ne¹⁶ supplicio adficiatur, dicat se habere quod principi referat salutis ipsius causa: an remittendum sit ad eum, videndum est? Et sunt plerique præsidum tam timidi, ut etiam post sententiam de eo

incend.; L. ult. in fin. C. de modo nautar.; L. 4, vers. quod si. C. de fugit.; L. 12, § 5, in fin. § ult. vers. si autem penaria, C. de edicte. privat. 2. Feud. 53, § 1, in fin. — 4. L. 4, in pr. supr. si quis cautioib.; L. 15, supr. de bon. pos.; L. 28, in pr. infr. h. t.; L. 105, in re. verb. sign. — 5. L. 5, supr. ad leg. Jul. pecculat. — 6. L. 6, § 1, infr. de interdicte et releg.; L. 1, § 3, supr. de legat. 3. — 7. d. L. 1, § 4; d. L. 6, § 1. — 8. L. 6, infr. de appellat. — 9. L. 18, supr. de statu homin. — 10. L. 28, § 13, infr. h. t. — 11. L. 51, in fin. infr. eod. — 12. L. 1, supr. de requirendi vel absentib. damn. — 13. Fac. L. 47, supr. de oblig. et act. — 14. d. L. 1, § 1. — 15. L. 11, § pen. infr. h. t. — 16. L. 18, C. eod.